Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36453
Copyright: Melk, Benediktinerstift

uoce ricionario dixerunt. Animas furoris tui seruiorem
dei ostendere non uereris. qui in te non est idoneus intellectus.
sed es filius perditionis diabolus impax stulte et
insipiens corde. seductor diabole. artis dolose inuen-
tor. melius itaque tibi esset potuit. ut deos lapideos et
ligneos quos colis piceres. et deum uerum qui omnia
creauit crederes et confiteteris. et a pristino errore quo
seductus es ad diuinam credulitatem te conuertes. Tunc
ricionarius insano cepit furendo spiritu famulos dei fini-
stimum et victoriam sibi astrictis manibus post tergum reuinc-
tos precepit tyrannibus ut intra ambianensium ambitum
muros retro eos conclederet carceri. Sancti igitur dei cum
exceptis ricionari profecti seruissimi sub custodia du-
cerentur celebri exultacione prosequunt gaudentes. quia
pro christi nomine dignum erat tormenta pati. Cumque a loco ubi
hyphensi fuerunt uno fere miliario aut circiter amplius
processisset. famuli dei fide constantes. gemibus humo pro-
stratis. sursum corde suspensi ad etheria. lacrimabili prece
supplicabant domino dicentes. Domine ihesu xpe lumen uerum
qui es. qui erus ante dispositionem mundi. qui celum palmo
metisti et terram pugillo qui sedes sup cherubim et respi-
cis abyssos. qui producis uentos de thesauris tuis. qui
solem tuum oriri facis sup bonos et malos. et pluuis sup
iustos et iniustos. te deprecor xpe deus in unitate quem confi-
temur et credimus quem cerne desideramus ex toto corde.
et ex tota anima nostra. sitiamque spiritum tuum ne deserimus nos
in sempiternum. qui regnas cum patre et spiritu sancto in secla
seculorum amen. Et cum hanc orationem complessent. uoce intre-
pida ricionario dixerunt. Infiuste impax ostiis malorum
diabole maussator seruili iam quale iuis in nos exer-